

nino, quæcunq; esse possit, quantumuis leuem & vilem actionem obeundam. Principali agenti, secundarij subsunt: Hippocrati nimirum, sui Crateuæ: qui nutum illius, qui iussum sequuntur. Hos si quis Pharmacopœos vocabit, quos nos ministros Medicorum occupatio- nibus subleuandis, quæq; minore cum periculo conficiuntur artis dexterita- te exequendis, instar Vulcani tripodum, qui sua sponte in triclinium pro- moti ibant & redibant, iam non pugna- bimus, modò hoc detur nobis, Medico propriè Pharmacopœi nomen digni- tatemque deberi. Cæteros ministros esse, mediastinos, seruorum instar ra- tione recta orbatos, nec quicquam a- liud à domini imperio scientes: tan- tum vt ea nôrint facere, quæ iubentur: atque adeò, quod Aristoteles de Politi- cis negotijs scribit, huc perquam appo- sitè quadrat: ἔστι γὰρ ἔργα ἑτέρων, τὰ μὲν ἐντιμώ- τερα ἔργα, τὰ δὲ ἀναγκαιότερα, καὶ κατὰ τὴν παροι- μίαν διέλασσε πρὸς διέλασσε, διεσποτῆς πρὸς διεσπό- τῆς: vt quibus maius est periculum com- positionis adiunctū, à Medico, quibus minus à mediastino expediantur. Nec enim

2. Politic.
cap. 7.